Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8478
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

lus hois tunder principibus sacerdotum et scribis et con
dempnabit eum morte et tradent eum gentibus ad deludē
dum et flagellandum et crucifigendum. et tertia die resur
get. Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedei cum filiis
suis adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei quid
vis. ait illi. Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad
dexteram tuam et unus ad sinistram tuam in regno tuo. Re
spondens autem iesus dixit. Nescitis quid petatis. potestis bi
bere calicem quem ego bibiturus sum. dicunt ei. possumus. Ait
illis. Calicem quidem meum bibetis. sedere autem ad dexteram me
am vel ad sinistram non est meum dare vobis sed quibus paratum
est a patre meo. Et audientes decem indignati sunt de
duobus fratribus. Iesus autem vocavit eos ad se et ait. Scitis
quia principes gentium dominantur eorum et qui maiores sunt
potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos. Sed
quicumque voluerit inter vos maior fieri sit vester minister. Et qui
voluerit inter vos primus esse erit vester servus. sicut filius hominis
non venit ministrari sed ministrare et dare animam suam
redemptionem pro multis. Et egredientibus illis ab iericho
secuta est eum turba multa. Et ecce duo caeci sedentes
secus viam audierunt quia iesus transiret et clamaverunt dicen
tes. Domine miserere nostri fili dauid. Turba autem increpabat
eos ut tacerent. At illi magis clamabant dicentes. Domine
miserere nostri fili dauid. Et stetit iesus et vocavit eos et ait.
Quid vultis ut faciam vobis. dicunt illi. Domine ut aperiantur oc
ili nostri. Misericordia autem motus iesus tetigit oculos eorum et con
festim viderunt et secuti sunt eum.

XXI

Cum appropinquassent iesus et venissent be
thphage ad montem olivarum. Tunc iesus misit duo
os discipulos dicens eis. Ite in castellum quod contra vos
est et statim invenietis asinam alligatam et pullum
cum ea. Solvite et adducite mihi. et si quis vobis aliquid dixerit
dicite quia dominus his opus habet et continuo dimittet eos. Hoc
autem factum est ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam dicentis.
Dicite filie sion ecce rex tuus venit tibi mansuetus se
dens super asinam et pullum filium subiugalis. Euntes autem
discipuli fecerunt sicut precepit illis iesus. Et adduxerunt asi
nam et pullum et imposuerunt super eos vestimenta sua et
eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba straverunt
vestimenta sua in via. alii autem cedebant ramos de ar
boribus et sternebant in via. Turba autem que precedebat
et que sequebatur clamabant dicentes. Osanna fili
o dauid benedictus qui venit in nomine domini osanna
in altissimis. Et cum intrasset iesus hierusalem commota est ci
vitas omnis dicens. Quis est hic. populi autem dicebant. hic est
iesus propheta a nazareth galilee. Et intravit iesus in tem
plum dei et eiiciebat omnes vendentes et ementes in templo
et mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas eiecit.
Et dixit eis. Scriptum est. domus mea domus
orationis vocabitur. vos autem fecistis illam speluncam latronum.
Et accesserunt ad eum caeci et claudi in templo et sanavit eos.
Videntes autem principes sacerdotum et scribe mirabilia que
fecerat et pueros clamantes in templo et dicentes. Osan
na fili dauid. indignati sunt et dixerunt ei. Audis quid
isti dicant. Iesus autem dixit eis. Utique. Nunquam legistis quia ex ore
infantium et lactentium perfecisti laudem. Et relictis illis
abiit foras in civitatem in bethaniam ibique mansit.
Mane autem revertens in civitatem esuriit. Et videns fi
cum arborem unam secus viam venit ad eam et nihil inve
nit in ea nisi folia tantum. Et ait illi. Numquam ex te fructus
nascatur in sempiternum. et arefacta est continuo ficulnea. Et
videntes discipuli miratus sunt dicentes. Quomodo continuo ar
uit. respondens autem iesus ait eis. Amen dico vobis. Si habue
ritis fidem et non hesitaveritis. non solum de ficulnea fa
cietis. sed et si monti huic dixeritis. tollere et iacta te in
mare. fiet. Et omnia quecumque petieritis in oratione credentes
accipietis. Et cum venisset in templum accesserunt ad eum do
centem principes et seniores populi dicentes. In qua potestate hec facis
et quis tibi dedit hanc potestatem. Respondens iesus
dixit eis. Interrogabo vos et ego unum sermonem quem si
dixeritis mihi et ego vobis dicam in qua potestate hec facio.
Baptismum iohannis unde erat e celo an ex hominibus. At il
li cogitabant inter se dicentes. Si dixerimus ex hominibus timebimus
turbam. omnes enim habent iohannem sicut prophetam. Et respondentes iesu
dixerunt. Nescimus. ait illis et ipse. Nec ego dico vobis in
qua potestate hec facio. Quid autem vobis videtur. Homo quidam
habebat duos filios et accedens ad primum dixit. fili vade
hodie operare in vinea mea. Ille autem respondens ait. Nolo.
Postea vero penitentia motus abiit. Accedens autem ad alium dixit
similiter. At ille respondens ait. Eo domine. et non ivit. Quis ex du
obus fecit voluntatem patris. Dicunt ei prima. Dicit eis iesus. Amen
dico vobis quia publicani et meretrices precedunt vos in regno
dei. Venit enim ad vos iohannes in via iustitie et non credidi
stis ei. Publicani autem et meretrices crediderunt ei. vos
autem videntes nec penitentiam habuistis postea ut crederetis ei.
Aliam parabolam audite. Homo erat paterfamilias qui plantavit
vineam et sepem circumdedit ei et fodit in ea torcular et
edificavit turrim et locavit eam agricolis et peregre profectus
est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset misit servos suos
ad agricolas ut acciperent fructum eius. Et agricole apprehensis servis eius alium cecederunt. alium occiderunt. alium vero lapi
daverunt. Iterum misit alios servos plures prioribus et fe
cerunt illis similiter. Novissime autem misit filium suum ad eos dicens.
Verebuntur filium meum. Agricole autem videntes filium dixe
runt inter se. Hic est heres venite occidamus eum et ha
bebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vi
neam et occiderunt. Cum igitur venerit dominus vinee quid faciet
agricolis illis. Dicunt illi. Malos male perdet et vineam
suam locabit alis agricolis qui reddant ei fructum tempo
ribus suis. Dicit illis iesus. Numquam legistis in scripturis. Lapi
dem quem reprobaverunt edificantes hic factus est in caput an
guli. a domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris.
Ideo dico vobis quia auferetur a vobis regnum dei et dabitur gen
ti facienti fructum eius. Et qui ceciderit super lapidem istum
confringetur. Super quem vero ceciderit comminuet eum. Et cum audis
sent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius cognoverunt quia
de ipsis dicit. Et quaerentes eum tenere timuerunt turbas
quoniam sicut prophetam eum habebant.

XXII

Et respondens iesus dixit iterum in parabolis dicens eis.
Simile factum est regnum celorum homini regi qui fecit
nuptias filio suo. Et misit servos suos
vocare invitatos ad nuptias et nolebant venire. Iterum